

*cofna*

**TOMAS DE AQUINO**

**Tratados de la Caridad**

**De la discordia 2-2**

**(q.37 a. 1, 2)**

T655

1954-60

Uy C.2

TOMO VII

# TRATADOS DE LA FE Y DE LA ESPERANZA

INTRODUCCIONES DEL PADRE

TEOFILO URDANZOZ, O. P.

PROFESOR DE TEOLÓGIA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

## TRATADO DE LA CARIDAD

INTRODUCCIONES DEL PADRE

MARCELIANO LLAMERA, O. P.

PROFESOR DE TEOLÓGIA EN EL ESTUDIO GENERAL DE PREDICADORES  
DE VALENCIA

VERSIÓN DE LOS TRES TRATADOS BAJO LA DIRECCIÓN DEL PADRE  
TEOFILO URDÁNOZ, O. P.

De la discordia 2-2  
(f. 37 z. 1,2)

26.1.55

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS  
MADRID • MCMLIX

## C U L T O R I O N 37

(In duos articulos divisa)

### De discordia

#### *De la discordia*

En consecuencia, se han de estudiar los pecados que se oponen a la paz. Y en primer lugar, la discordia, que está en el corazón. En segundo, la porfía, que está en la boca. Y, por último, lo tocante a la acción: el cisma, la riña, la guerra y la sedición. Sobre lo primero se ponen dos artículos.

Primer: si la discordia es pecado.  
Segundo: si es hija de la vanagloria.

Deinde considerandum est de peccatis quae opponuntur paci (cf. q.34 introd.). Et primo, de discordia, quae est in corde; segundo, de contentione, quae est in ore (q.38); tertio, de his quae pertinent ad opus, scilicet, de schismate, rixa et bello (q.39).

Circa primum quaeruntur duo:  
Primo: utrum discordia sit peccatum.

Secundo: utrum sit filia inanis gloriae.

### ARTICULO 1

#### *Utrum discordia sit peccatum<sup>a</sup>*

##### Si la discordia es pecado

Dificultades. Parece que la discordia no es pecado.

1. Discordar es alejarse de la voluntad de otro. No parece pecado eso, porque la voluntad del prójimo no es regla de la nuestra, sino sólo la voluntad divina. Luego la discordia no es pecado.

2. El que induce a pecar a otro también peca. Sembrar discordias entre algunos no parece ser pecado, pues se dice que, "conociendo Pablo que mos eran saduceos y otros fariseos gritó dirigiéndose al sanedrín: 'He manos, yo soy fariseo e hijo de fariseos. Por la esperanza en la resurrección de los muertos, soy ahora juzgado'. En cuanto dijo esto se produjo un alboroto entre los fariseos y saduceos". Por tanto, la discordia no es pecado.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod discordia non sit peccatum.

1. Discordare enim ab aliquo est recedere ab alterius voluntate. Sed hoc non videtur esse peccatum: quia voluntas proximi non est regula voluntatis nostrae, sed sola voluntas divina. Ergo discordia non est peccatum.

2. Praeterea, quicumque inducit aliquem ad peccandum, et ipse peccat. Sed inducere inter aliquos discordiam non videtur esse peccatum: dicitur enim Act. 23,6-7, quod «sciens Paulus quia una pars esset Sadduceorum et altera Pharisaeorum, exclamavit in concilio: Viri fratres, ego Pharisaeus sum, filius Pharisaeorum: de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum haec dixisset, facta est dissensio inter Pharisaeos et Sadduceos». Ergo discordia non est peccatum.

3. Praeterea, peccatum, praecipue mortale, in sanctis viris non inventur. Sed in sanctis viris inventur discordia: dicitur enim Act. 15,39: «Facta est dissensio inter Paulum et Barnabam, ita ut discederent ab invicem». Ergo discordia non est peccatum, et maxime mortale.

Sed contra est quod ad Gal. 5,20 dissensiones, idest discordiae, ponuntur inter opera carnis, de quibus subditur v.21: «Qui talia agunt regnum Dei non consequuntur». Nihil autem excludit a regno Dei nisi peccatum mortale. Ergo discordia est peccatum mortale.

Respondeo dicendum quod discordia concordiae opponitur. Concordia autem, ut supra dictum est (q.29 a.3), ex caritate causatur: inquantum scilicet caritas multorum corda coniungit in aliquid unum, quod est principaliter quidem bonum divinum, secundario autem bonum proximi. Discordia igitur ea ratione est peccatum, inquantum huiusmodi concordiae contrariatur. Sed sciendum quod haec concordia per discordiam tollitur dupliciter: uno quidem modo, per se; alio vero modo, per accidens. Per se quidem in humanis actibus et motibus dicitur esse id quod est secundum intentionem. Unde per se discordat aliquis a proximo quando scienter et ex intentione dissentit a bono divino et a proximi bono, in quo debet consentire. Et hoc est peccatum mortale ex suo genere, propter contrarietatem ad caritatem: licet primi motus huius discordiae, propter imperfectionem actus, sint peccata veniales.

Per accidens autem in humanis actibus consideratur ex hoc quod aliquid est praeter intentionem. Unde cum intentio aliquorum est ad aliquod bonum quod pertinet ad honorem Dei vel utilitatem proximi, sed unus aestimat hoc esse bonum, alius autem habet contrariam opinionem, discordia tunc est per accidens contra bonum divinum vel proximi. Et talis discordia non est peccatum,

3. El pecado, sobre todo el mortal, no se encuentra en los santos varones. Mas entre ellos se da la discordia, pues se lee: "Hubo disensión entre Pablo y Bernabé, de suerte que se apartaron". Así, la discordia no es pecado, y mucho menos mortal.

Por otra parte, el Apóstol cuenta las disensiones, esto es, las discordias, entre las obras de la carne, de las que añade: "Quienes hacen tales cosas no entrarán en el reino de Dios". Nada que no sea pecado mortal excluye del reino de Dios. La discordia es, pues, pecado mortal.

Respuesta. La discordia se opone a la concordia. La concordia, como hemos dicho arriba, es causada por la caridad, en cuanto que la caridad atuna los corazones de muchos en uno, cual es principalmente el bien divino, y en segundo lugar, en el bien del prójimo. Así, pues, la discordia es pecado por la razón que contraria a la concordia. Se ha de saber, sin embargo, que la concordia ahuyenta la discordia de dos maneras: de suyo y accidentalmente. Se entiende, por de suyo, en las acciones e impulsos humanos, lo realizado con intención: por lo cual de suyo uno discuerda con el prójimo cuando a sabiendas e intencionadamente disiente del bien divino y del prójimo, en los cuales debe consentir. Esto es pecado mortal por su género por la contrariedad con la caridad, aunque los primeros movimientos de esta discordia son pecados veniales por la imperfección de la acción.

Se tiene por accidental en las acciones humanas lo efectuado sin intención. Por donde, cuando la intención de algunos mira a algún bien que atañe al honor de Dios o al provecho del prójimo, pero uno cree que es ésta bien y otro opina lo contrario, entonces la discordia toca accidentalmente en el bien divino y en el del prójimo. Tal discordia no es pecado ni comprobato.

<sup>a</sup> Intra q.42 a.2 ad 2.

no versar erróneamente sobre lo necesario a la salvación o mostrar indebita pertinacia; pues también queda dicho que la concordia, efecto de la caridad, es unión de voluntades y no de opiniones.

De donde queda claro que la discordia se da a veces con pecado de uno solo, como cuando uno quiere el bien al que otro se opone a sabien las. Otras se da con pecado de ambos, como cuando ambos se oponen al bien del otro y ama cada uno de ellos su propio bien.

**Soluciones.** 1. La voluntad de un hombre, considerada en sí misma, no es regla de la voluntad de otro; pero, en cuanto está unida con la voluntad de Dios, se hace, en consecuencia, regla regulada por la primera regla. Por consiguiente, discordar le esa voluntad es pecado, porque con eso se discuerda de la regla divina.

2. Así como la voluntad del hombre, unida con Dios, es recta regla, y discordar de ella es pecado, así también la voluntad del hombre contraria a Dios es regla perversa, de la que es bueno discordar. Que hacer discordia con la que se quita la buena concordia, hecha por la caridad, es pecado grave; por donde se lee en la Escritura: "Seis cosas hay que aborreces el Señor y aun siete detesta su alma"; esto séptimo dice que es "el que siembra discordias entre los hermanos". Mas causar discordia con la que se barre la mala, a saber, en la mala voluntad, es laudable. En este sentido fué laudable que Pablo metiera cizaña entre los que estaban concordes en el mal, pues el Señor mismo dice de sí: "No he venido a traer paz, sino la espada".

3. La discordia que hubo entre Pablo y Bernabé fué accidental y no formal: ambos intentaban el bien, pero a uno le parecía que era uno, y al otro, otro. Lo cual era cosa de flaqueza humana, ya que no había tal controversia en lo necesario a la

nee repugnat caritati, nisi huiusmodi discordia sit vel cum errore circa ea quae sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebita adhibeatur cum etiam supra dictum est (q.29 a.1; a.3 ad 2) quod concordia quae est caritatis effectus est unio voluntatum, non uno opinionum.

Ex quo patet quod discordia quandoque est ex peccato unius tantum, puta cum unus vult bonum, cui aliis scienter resistit: quandoque autem est cum peccato utriusque, puta cum uterque dissentit a bono alterius, et uterque diligit bonum proprium.

Ad primum ergo dicendum quod voluntas unius hominis secundum se considerata non est regula voluntatis alterius. Sed inquantum voluntas proximi inhaeret voluntati Dei, fit per consequens regula regulata secundum primam reglam. Et ideo discordare a tali voluntate est peccatum: quia per hoc discordatur a regula divina.

Ad secundum dicendum quod sicut voluntas hominis adhaerens Deo est quaedam regula recta, a qua peccatum est discordare; ita etiam voluntas hominis Deo contraria est quaedam perversa regula, a qua bonum est discordare. Facere ergo discordiam per quam tollitur bona concordia quam caritas facit, est grave peccatum: unde dicitur Prov. 6,16: «Sex sunt quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius», et hoc septimum ponit (v.19) «eum qui seminat inter fratres discordias». Sed causare discordiam per quam tollitur mala concordia, scilicet in mala voluntate, est laudabile. Et hoc modo laudabile fuit quod Paulus dissensionem posuit inter eos qui erant concordes in malo: nam et Dominus de se dicit, Mt. 10,34: «Non veni pacem mittere, sed gladium».

Ad tertium dicendum quod discordia quae fuit inter Paulum et Barnabam fuit per accidens et non per se: uterque enim intendebat bonum, sed uni videbatur hoc esse bonum, alii aliud. Quod ad defectum humanum pertinebat: non enim erat talis contro-

versia in his quae sunt de necessitate salutis.—Quamvis hoc ipsum fuerit ex divina providentia ordinatum, propter utilitatem inde consequentem.

salvación, aunque eso fuera permitido por providencia divina para mayor provecho.

## ARTICULO 2

### *Utrum discordia sit filia inanis gloriae<sup>a</sup>*

Si la discordia es hija de la vanagloria

Ad secundum sic proceditur. Videlicet quod discordia non sit filia inanis gloriae.

1. Ira enim est aliud vitium ab inani gloria. Sed discordia videlicet esse filia irae: secundum illud Prov. 15,18: «Vir iracundus provocat rixas». Ergo non est filia inanis gloriae.

2. Praeterea, Augustinus dicit, «Super Io.<sup>b</sup>»<sup>c</sup>, exponens illud quod habetur Io. 7,39, «Nondum erat Spiritus datus: «Livor separat, caritas jungit». Sed discordia nihil est aliud quam quaedam separatio voluntatum. Ergo discordia procedit ex livre, id est invidia, magis quam ex inani gloria.

3. Praeterea, illud ex quo multa mala oriuntur videtur esse vitium capitale. Sed discordia est huiusmodi: quia super illud Mt. 12,25, «Omne regnum contra se divisum desolabitur», dicit Hieronymus<sup>d</sup>: «Quo modo concordia parvae res crescunt, sic discordia maxima dilabuntur». Ergo ipsa discordia debet ponit vitium capitale, magis quam filia inanis gloriae.

Sed contra est auctoritas Gregorii XXXI «Moral.»<sup>e</sup>

Respondeo dicendum quod discordia importat quandam disgregacionem voluntatum: inquantum scilicet voluntas unius stat in uno, et voluntas alterius stat in altero. Quod autem voluntas aliquius in proprio sistat, provenit

Dificultades. Parece que la discordia no es hija de la vanagloria.

1. La ira es un vicio que nace de la vanagloria. La discordia parece ser hija de la ira, según la Escritura: "El varón iracundo provoca las riñas". Luego no es hija de la vanagloria.

2. San Agustín, exponiendo las palabras de San Juan: "Todavía no había sido dado el Espíritu", dice: "La envidia separa, la caridad une". La discordia no es otra cosa que una separación de voluntades. Por tanto, la discordia procede de envidia más que de vanagloria.

3. Aquello de que se originan muchos males parece que es vicio capital. La discordia es tal, porque sobre las palabras: "Todo reino dividido en sí mismo será desolado", dice San Jerónimo: "Así como con la concordia las cosas pequeñas cobran bulto, así con la discordia se derrumban las grandes". De aquí que la discordia debe tenerse por vicio capital más que por hija de la vanagloria.

Por otra parte está la autoridad de San Gregorio.

Respuesta. La discordia entraña disgregación de voluntades, en cuanto que la voluntad de uno está en lo propio, y la voluntad de otro está en lo suyo. Que la voluntad de uno se contenga en lo propio proviene de

<sup>a</sup> Infra q.38 a.2; q.1,2 a.5; *De malo* q.9 a.3.

<sup>b</sup> Tr.32 super 7,39: ML 35,16,46.

<sup>c</sup> In Mt. 12,25: ML 26,82.

<sup>d</sup> C.45: ML 76,621.

que prefiere lo suyo a lo ajeno, lo cual cuando se hace con desorden, toca en soberbia y en vanagloria. Por tanto, la discordia, por la que uno sigue en lo suyo y se aparta de lo ajeno, es hija de la vanagloria.

S. luciones. 1. La riña no es lo mismo que la discordia, pues es cosa exterior, por lo que es causada por la ira, que mueve el ánimo a dañar al pró. mo. La discordia, en cambio, consiste en la desunión de los impulsos de la voluntad, obrada por la soberbia o la vanagloria, por la razón indicada.

2 En la discordia se considera punto de partida el alejamiento de la voluntad ajena; por esta parte es causada por la envidia; y como término, el acercamiento a lo propio; y así es causada por la vanagloria. Mas, como en todo movimiento el término es más que el punto de partida, pues el fin sobrepuja al principio, la discordia más se tiene por hija de la vanagloria que de la envidia, aunque puede nacer de ambas bajo aspectos diferentes, como está dicho.

3 Con la concordia toman cuerpo las mínimas cosas y con la discordia se arruinan; porque la fuerza, cuando más coadunada está, tanto es más fuerte, y con la disgregación aflora, según se lee en el libro "De las causas". Con lo que está claro que la división de las voluntades pertenece al propio efecto de la discordia y no atañe al origen de los diversos vicios de la discordia, con lo qual ostentaría su condición de vicio capital.

ex hoc quod aliquis ea quae sunt sua praeferit his quae sunt aliorum. Quod cum inordinate fit, pertinet ad superbiam et inanem gloriam. Et ideo discordia, per quam unusquisque sequitur quod sum est et recedit ab eo quod est alterius, ponitur filia inanis gloriae.

Ad primum ergo dicendum quod rixa non est idem quod discordia. Nam rixa consistit in exteriori opere: unde convenienter causatur ab ira, quae movet animum ad nocendum proximo. Sed discordia consistit in disiunctione motuum voluntatis: quam facit soberbia vel inanis gloria, ratione iam dicta (in c.).

Ad secundum dicendum quod in discordia consideratur quidem ut terminus a quo recessus a voluntate alterius: et quantum ad hoc causatur ex invidia. Ut terminus autem ad quem, accessus ad id quod est sibi proprium: et quantum ad hoc causatur ex inanis gloria. Et quia in quolibet motu terminus ad quem est potior termino a quo (finis enim est potior principio), potius ponitur discordia filia inanis gloriae quam invidiae: licet ex utraque oriri possit secundum diversas rationes, ut dictum est.

Ad tertium dicendum quod ideo concordia magnae res crescunt et per discordiam dilabuntur, quia virtus quanto est magis unita, tanto est fortior, et per separationem diminuitur; ut dicitur in libro «De causis»<sup>4</sup>. Unde patet quod hoc pertinet ad proprium effectum discordiae, quae est divisio voluntatum: non autem pertinet ad originem diversorum vitiorum a discordia, per quod habeat rationem vitii capitalis.